UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De coniunctione corporum sanctorum stephani et Laurentij. Cap[itulum]. cxxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

gens in ſancta religiōe vitā finiuit anno. lxxv. etatis ſue pridie noñ. maij: ſepultꝰ conſtnatino poli miraculis clarus. ¶ Hic ſanctus doctor librū cōpoſuit orthodoxe fidei certā traditionē continentē in quattuor libris digeſtū: quē burgredius piſanus cauſidicus eugenio pape tertio de greco tranſtulit in latinū. Librum etiam compilauit de vita ⁊ moribus ſaluatoris: ⁊ oīa xpi ⁊ genitricis geſta ab incarnatione vſqȝ ad aſcenſionem ſerioſe ⁊ particulariter continentem. Librum de laude virginis rhythmico ſtilo latine cōpoſitum. Scripſit etiam vitā balaam ⁊ ioſaphath heremitarum. Alioſqȝ plures elegātes ſermones ⁊ tractatus perutiles cōpilauit. hymnos ⁊ ſequentias ⁊ alias laudes in honorem genitricis ⁊ geniti metro dictauit: que quia greco ſermone congeſta fuerāt metro transferri non potuerunt. Et alia plura vtilia digeſſit.

¶ De ſancto Lucio cireneñ. epo. Cap. cxxxvi.

Luciꝰ eps cyreneñ.

de quo ſctūs lucas Actuū. xiij. mentionē facit: a ſanctis apoſtolis primus apud cyrenem pontifex ordinatus eſt: quo officio pdicatiōis fideliſſime peracto ſanctitate ⁊ doctrina cōſpicuꝰ quieuit in pace pridie noñ. maij: vt dicit hieronymus in martylogio ſuo.

¶ De ſancto Enodio epo ⁊ mar. Cap. cxxxvij.

Enodius eps apud

antiochiam martyrium paſſus eſt: de quo ſanctus ignatiꝰ ſcribit: ꝙ primus ibidem ab apoſtolis epiſcopus eſt inſtitutꝰ. Qui apud eandem vrbem ſub perſecutione neronis imperatoris glorioſo martyrio coronatus vitam finiuit: ibiqȝ ſepultus eſt pridie kalendas maij.

¶ De ſancta Flauia domitilla virgine et martyre. Cap. cxxxviij.

Flauia do-

mitilla virgo apud taracinā cāpanie ciuitatem ſub domitiano paſſa eſt. Que cum eſſet flauij clemētis conſulis ex ſorore neptis: Aurelio filio cōſulis nepoti domitiani imperatoris in coniugiū tradita eſt: datis ſibi duobus eunuchis cubicularijs: videlicet nereo et archileo. Cunqȝ puella auro ⁊ precioſis veſtibus tegeretur: nereus et archileus qui occulte chriſtiani erant: eidem predicauerunt: et virginitatem multipliciter commendauerunt: in tantū vt ipſa in chriſtum crederet: et virginitatis votum emitteret. Quam ſanctus clemens papa baptizauit: et ſacro velamine cōſecrauit. Quod audiens aurelianus ſponſus eius a domitiano impetrauit: ⁊ virginē in nereo ⁊ archileo in pontianā inſulā relegauit: putans ſe per hoc propoſitum virginis immutare. Poſtqȝ autē ſancti martyres nereus ⁊ archileus martyrium paſſi ſunt: vt dicetur infra in eorū paſſione. iiij. idus ſeptembris: ⁊ vbi ſancti maro eutyces ⁊ victorinus: qui etiā domitillā in fide cōfortauerāt: agonem ſuum cōpleuerunt: vt dictum eſt ſupra de eis. xvij. kalendas maij. Aurelianus virginē de exilio reduxit: ⁊ duas virgines euphroſynā ⁊ theodoram collactaneas eius vt ei ſuaderent miſit: quas tamen domitilla ad fidem conuertit. Tunc aurelianus cum ſponſis dictarū puellarum ⁊ tribus ioculatoribus et alijs ſocijs ad eā acceſſit: vt ipſam ſaltē violenter opprimeret. Sed cum virgo xpi prefatos duos iuuenes cōuertiſſet. Aurelianꝰ eā in thalamū introduxit: ⁊ ibidē mimos canere ⁊ ceteros ſaltare ſecum fecit vt ad libidinē magis accenſus: ipſam poſtmodū violaret. Sed cum mimi deficerent in canendo ⁊ ceteri in ſaltendo: ipſe tamē per biduū ſaltare non ceſſauit donec in ſaltando expirauit. Luxurius vo frater eius ab imperatore obtenta licentia omnes qui per virginem crediderant interfecit: ⁊ cubiculo vbi domitilla cū euphroſyna ⁊ theodora morabatur ignem ſuppoſuit. Que ſimul orantes ſpiritum emiſerunt noñ. maij. Quarum corpora ſanctus ceſarius mane illeſa reperiens ſepeliuit.

¶ De coniunctione corporum ſanctorum ſtephani et Laurentij. Cap. cxxxix.

Coniunctio corporū

ſanctorū martyrū ſtephani ⁊ laurētij facta eſt rome ſub theodoſio iuniore. Nam cū eudoxia filia theodoſij imperatoris ⁊ vxor valentiani apud vrbē cū viro degens a demonio vexaretur: ⁊ valentianus illud patri conſtātinopoli exiſtenti ſignificaſſet: iubet filiam conſtantinopolim adduci: vt a reliquijs prothomartyris ſtephani tangeretur. Corpus enim ſancti ſtephani dudum cōſtantinopolim ex hieroſolymis tranſlatum fuerat: vt dicetur infra in inuentione eius. iij. noñ. auguſti. Demon autē in eudoxia clamabat ꝙ inde nunqȝ exiret niſi ſtephanus romā veniret: quia ſic erat voluntas apoſtolorū. Quod imperator audiens a clero ⁊ populo conſtantinopolitano obtinuit: vt corpus ſtephani romanis daretur: ⁊ corpus laurentij grecis traderetur. Hoc aūt imperator pelagio pape ſcripſit: qui de cōſenſu romanorū petitioni īperatoris conſenſit: miſſi igitur cōſtantinopolim cardinales corpus ſancti ſtephani romā deferūt: ⁊ greci pro accipiēdo corpore ſcti laurētij cū eis romā puenīūt. Capue aūt corpus ſcti ſtephani recipit: ⁊ a ciuibꝰ

ſilis dextrum brachium ſummis precibus obti-
netur: ⁊ metropolitana eccleſia eius nomini fa-
bricatur. Cum autē romam veniſſent: ⁊ corpus
ad eccleſiā ſancti petri ad vincula deferre diſpo-
ſuiſſent: vectores ſubſiſtūt: nec vltra procedere
poſſunt. Demō aūt in regina clamabat eos fru-
ſtra fatigari: eo ꝙ nō ibi: ſed in eccleſia fratris
ſui laurentij: ⁊ iuxta eū elegerat collocari. Il-
luc ergo corpus defertur: ad cuius tactū puel-
la mox a demonio liberatur. Cūq; ſepulchrum
adeo artum eſſet: ꝙ vtraq; corpora capere non
potuiſſet: laurenti⁹ aduētui fratris q̄ſi cōgratu-
lās in alterā partez ſepulchri verſus ſup latus
receſſit: ⁊ medietatē ſtephano vacuā dereliqt.
Sicq; ſtephanū ſimiliter ſup latus verſa facie
ad conſocium collocarūt. Greci ꝟo duz manus
apponunt vt laurētium auferant ad terram ve-
lut exanimes corruerūt: ſed orantibus pro eis
papa cum clero ⁊ populo vix ad ſe ad veſperam
redierunt. Omnes tamen infra decē dies mor-
tui ſunt. Latini ꝟo qui eis conſenſerant in fre-
neſim verſi ſanari non poterant: quoadusq; am-
borum corpora: vt dictum eſt inſimul tumulata
ſunt. Hec autē cōiunctio facta eſt non. maij: vt
dicit frater Bartholomeus.

¶ De appitiōe ſcti michaelis archāg. Ca. cxl.

Apparitio ſancti Michaelis
archangeli dupli-
citer nominatur: videlicz ap-
paritio ⁊ victoria. Apparitio-
nes autē eius due ſunt princi-
pales: propter quas feſtū hoc
inſtitutuz eſt. ¶ Prima qua in
monte gargano apparuit: qui
mōs eſt in apulia. xl. milib⁹ di-
ſtās a ſiponto ciuitate. Anno autē dn̄i. cccxc. in
predicta ciuitate erat quidā vir nomine garga-
nus: a quo ille mons nomē accepit: qui anima-
lium multitudine pollebat. Cum aūt circa pre-
dicti montis latera paſcerent: cōtigit taurū ce-
teros boues relinquere ⁊ verticē mōtis conſcē-
dere. Quem domin⁹ cum eius familia ꝑ deuia
queq; requirens ipſum tandē in vertice mōtis
iuxta oſtium ſpelunce inuenit: et mox in ipſum
arcum tendens ſagittā toxicataz direxit. Sed
ſtatim illa veluta vento retorta ipſum qui eam
iecerat repercuſſit. Turbati ſup hoc ciues epi-
ſcopum ſuperinde conſulendū decernunt. Qui
eis triduanum indixit ieiuniū: ⁊ a deo monuit
eſſe querendū. Quo peracto ſanctus archāge-
lus michael per viſionē epiſcopo apparuit: eiq;
reuelauit: qualiter loci illius cuſtos ⁊ iſpector
erat: ⁊ quia eius volūtate vir ille mortuus fue-
rat: ſeq; locū incolere tali iudicio comprobaue-
rat. Statimq; epiſcopus ⁊ ciues cuz ꝓceſſione
locuz adeunt: ⁊ ingredi nō preſumētes oratio-
nibus ante fores inſiſtunt. ¶ Secūda appari-
tio eſt que rome tēpore gregorij pape legit̄ con-
tigiſſe. Nam vt ſupra actū eſt in legēda grego-
rij. iiij. idus martij. Cum idem pontifex ꝓpter
peſtē inguinariā letanias maiores inſtituiſſet:
et deuote pro ſalute populi exoraſſet: vidit ſup
caſtrum quod olim memoria adriani dicebatur
angelum dn̄i: qui gladiuz cruentū tenebat: ⁊ in
vagina reponebat: vnde gregorius intelligens
preces a deo exauditas: eccleſiam in honore an-
gelorum ibidem cōſtruxit: caſtrum quoq; illud
exinde ſancti angeli dictū eſt. He aūt due appa-
ritiones ad litterā. viij. idus maij occurrerūt:
ꝓpter quas hoc feſtū inſtitutū eſt. ¶ Eſt ⁊ alia
apparitio que celebrat̄. xvij. kalē. nouembris:
de qua ibidē cum quibuſdam miraculis ex ipa
ſubſequētibus agetur. ¶ Dicit̄ etiā hoc feſtum
victoria ꝓpter multiplicē victoriaz michaelis.
Nam re vera iſte glorioſus archangelus ad om-
nem ſtrenuū actum triūphi ſeu victorie in chri-
ſtiano populo delegatur. Unde ſicut eo tēpore
quo populus iudeorum erat peculiaris popu-
lus dei: michael erat in omnibus princeps ⁊ ad-
iutor ſynogoge ipſorū: vt habet̄ Daniel. x. Sic
poſtq̄ populus chriſtianus per fidē chriſti fa-
ctus eſt populus dei. Michael factus eſt prin-
ceps ⁊ adiutor eccleſie chriſtianoꝝ. Unde can-
tat eccleſia. Princeps glorioſiſſime michael ⁊c.
Et ideo interpretatur quis vt deus: quia ſicut
nullus facere poteſt quod facere preualet de⁹:
ſic quoties aliquid mire virtutis agit̄: michael
mitti perhibetur: vt ait gregorius. Licz autez
in alijs victorijs mirabilior apparuerit: tamen
victoria principalis ꝓpter quam hoc feſtū de-
nominatur: fuit illa quam ſipontinis hoc modo
cōceſſit. ¶ Poſt aliquod nempe tempus ab in-
uento loco: vt ſupra dictū eſt. Neapolitani gen-
tiles cum ſipontinis ⁊ beneuētanis qui quinq̄-
ginta milibus a ſipōto diſtāt: ambob⁹ fidelib⁹
ordinato exercitu bellari ceperūt. Qui de epi-
ſcopi ꝯſilio triduo īducias petierūt: vt ieiunio
nio triduano vacarent: ⁊ patroni mihaelis au-
xiliuz implorarent. Tertia autē nocte michael
epiſcopo apparuit: preces exauditas aſſerit: vi-
ctoriam affuturaz promittit: ⁊ quarta die hora
hoſtibus occurrēdum premonuit. Quibus oc-
currentibus mons garganus immēſo tremore
concutitur: fulgura crebra volāt: ⁊ caligo tene-
broſa mōtem obtexit: ita vt ſexcēti de aduerſa-
rijs tam ex ferro hoſtiū ꝙ ex ſagittis igneis in-
terireut. Reliqui in fugam conuerſi: virtute cō-
perta archangeli: cōtinuo colla chriſtiane fidei
ſubmiſerunt. Hec autē victoria eodem die euo-
luto anno ab apparitione predicta: videlicet
octauo idus maij dicitur contigiſſe. ¶ Sunt ⁊
alie plures victorie tam michaelis q̄ angeloꝝ:
que quia diem certum non habent ſub hoc fe-
ſto comprehendūtur. ¶ Prima victoria eſt illa
quā michael archangelus cū ſuis angelis obti-
nuit: quādo draconem: id eſt luciferū cum ſuis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN